ad inhibendum incendium cum expedita manu premisso: postquam bar
baros adventu suorum fugatos esse cognovit urbem a se conservatam
intrat: mediam cydnus amnis de quo paulo ante dictum est influit 20
& tunc estas erat: cuius calor non aliam magis quam cilicie oram va
pore solis accendit & diei fervidissimum tempus ceperat: pulvere
simul ac sudore perfusum regem incitavit liquor fluminis ut
calidum adhuc corpus ablueret: itaque veste deposita in conspectu
agminis decorum quoque futurum ratus si ostendisset suis levis &
parabili cultu corporis se esse contentum descendit in flumen vixque
ingresso subito horrore artus rigere ceperunt: pallor deinde suf
fusus est. & totum prope modum corpus vitalis calor reliquit. Ex
pirantique similem ministri manu exceperunt. nec satis compotem mentis
in tabernaculum deferunt: Ingens sollicitudo & pene iam luctus 21
in castris erat: flentes querebantur in tanto impetu cursuque rerum
omnis etatis ac memorie clarissimum regem non in acie saltem
non ab hoste deiectum. sed abluentem aqua corpus ereptum esse & ex
tinctum. Instare darium victorem antequam vixisset hostem. sibi easdem
terras quas victorias peragrassent. repetendas. omnia aut ipsos
aut hostes populatos per vastas solitudines etiam si nemo insequi
velit euntes fame aut inopia debellari posse: quem signum da
turum fugientibus. quem ausurum alexandro succedere: iam ut ad helles
pontum fuga penetraret. classem qua transeant quem preparatu
rum: rursus in ipsum regem misericordia versa: illum florem iuvente illam
vim animi eundem regem et commilitonem divelli a se et ab
rumpi immemores sui querebantur: Inter hec liberius meare 22
spiritus ceperat. allevabatque rex oculos & paulatim redeunte
animo circumstantes amicos agnoverat. laxataque vis morbi ad
hoc solum videbatur. quia magnitudinem mali sentiebat. animum
autem egritudo corporis urgebat. Quippe darium quinto die in cili
tia fore nunciabatur. vinctum ergo se tradi et tantam victoriam eripi
sibi ex manibus. obscuraque et ignobili morte in tabernaculo extin

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_915/0015
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG